est imitare et prece. Qui dat beneficia deos imitatur.
Qui repetit feneratores. Quandoque et tollit peccandi pec
cantium multitudo. Nulla iam mulier repudio eru
bescit. Tam diu timebatur quamdiu rarum erat. Nunc
et quia sepe accidit facere didicerunt. Iam adulterii
pudor nullus est. ex quo eo uentum est ut nulla uxor
habeat. que non adulterum prosequatur. Argumentum de
formitatis impudicicia factum est. Ideo dicere quot
sint ingrati non expedit. ne plures efficiam. uerum
tamen impunitum non sit. Impunitum tamen credis esse uicia
que omnibus exosa sint. Nullum est grauius suppli Nota.
cium publico odio. Gratum hominem dare beneficium
semper delectat. qui semper de accepto gaudet.
Ingratus semper delectatur dum accipit. Refert
Nota bene. autem sit ei qui tribuit non cuius status. Nulli
preclusa uirtus est. omnibus patet. omnes admittit.
omnes inuitat. Non eligit domum non censum
nudo homine contenta est. Potest quis seruus beneficium
dare si non coactus. si sponte aliquid tribuat. Qui
beneficium accipit quo magis indiget. maius accipit.
Hic dicit qui parentes beneficiis uicisse testatur.
Dicit quia magis indiget uita qui uiuit quam